


M I S S A E  
P R O P R I A E  
S A N C T O R V M.

PARTIM DE PRÆCEPTO, PARTIM AD LIBITUM,  
Pro Celebrantium commoditate in vnum breuiter collectæ,  
& ordinatè dispositæ.

I U X T A D E C R E T A  
S V M M O R V M P O N T I F I C V M  
recenter emanata.



C R A C O V I A E.

Ex Officina SCHEDELIANA S. R. M. Typogt: Anno Domini 1689.



INDEX SANCTORVM DE PRÆCEPTO.

S. Bibianæ Virginis, & Martyris.	2. Decembris.
S. Francisci Xaverij Confessoris.	3. Decembris.
S. Raymundi de Pennafort Confessoris.	23. Ianuarij.
S. Francisci Salesij Confessoris.	29. Ianuarij.
S. Martine Virginis, & Martyris.	30. Ianuarij.
S. Petri Nolasco Confessoris.	31. Ianuarij.
S. Franciscæ Viduæ Romanæ,	9. Martij.
S. Patritij Episcopi Hyberniæ Confessoris.	17. Martij.
S. Hermenegildi Regis Hispaniæ Mart:	13. Aprilis.
S. Catharinæ Senensis.	30. Aprilis.
S. Monicæ Viduæ.	4. Maij.
S. Venantij Martyris.	18. Maij.
S. Petri Cœlestini Papæ, & Confessoris.	19. Maij.
S. Bernardini Senensis Confessoris.	20. Maij.
S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.	25. Maij.
S. Philippi Nerij Confessoris.	26. Maij.
S. Ioannis Gualberti Abbatis.	12. Iulij.
S. Henrici primi Imperatoris Confessoris.	15. Iulij.
S. Ignatij Confessoris.	31. Iulij.
S. Caietani Confessoris	7. Augusti.
S. Raymundi Nonnati Confessoris.	31. Augusti.
S. Stephani Regis Vngariæ Confessoris.	2. Septembris.
De Sanctissimo Nomine B. V. M.	<i>Infra Octauam Natiuit:</i> 7. Virginis.
S. Nicolai de Tolentino Confessoris.	10. Septembris.
Festum Impressionis Stigmatum S. Francisci.	17. Septembris.
S. Iotaphat Archiepiscopi Polocensis, Martyris.	26. Septembris.
Festum SS: Angelorum Custodum,	2. Octobris.
S. Brunonis Confessoris.	6. Octobris.
S. Birgittæ Viduæ.	8. Octobris.
S. Eduardi Regis, Confessoris.	13. Octobris.
S. Theresiæ Virginis.	15. Octobris.
S. Petri de Alcantara Confessoris.	19. Octobris.
S. Didaci Confessoris.	13. Nouembris.
S. Elisabeth Viduæ.	19. Nouembris.
INDEX SANCTORVM AD LIBITVM.	
S. Canuti Regis, & Martyris.	19. Ianuarij.
S. Andreæ Corsini Confessoris.	4. Februarij.
S. Vincentij Ferrerij Confessoris.	5. Aprilis.
S. Antonini Episcopi, Confessoris.	10. Maij.
S. Bonifacij Archiepiscopi Russiæ, Martyris.	19. Iulij.
S. Elisabeth Reginæ Portugaliæ Viduæ,	4. Iulij.
S. Margaritæ Reginæ Scotiæ.	8. Iulij.
S. Alexij Confessoris.	17. Iulij.
S. Thomæ de Villanoua Confessoris.	18. Septembris.
S. Vencellai Martyris.	28. Septembris.
S. Remigij Episcopi & Confessoris.	1. Octobris.
S. Hedwigis Viduæ.	17. Octobris.
INDEX MISSARVM EX SPECIALI INDVLTIO.	
Missæ Septem Dolorum B. M. V.	
De Commemoratione Solenni B. M. V. de Monte Carmelo.	Feria sexta post Dominicam Passionis. 16. Iulij.
De Translatione S. Casimiri Conf. Reg. Pol. Patroni.	Dominica 1. post Octau. Assumpt. B. V. M.
In Festo Roarij B. V. Mariæ.	Dominica 1. Octobris.

M I S S Æ  
SANCTORVM  
DE PRÆCEPTO.

Die II. Decembris.  
IN FESTO S. BIBIANÆ,  
Virginis & Martyris.  
Missæ. expectauerunt. De Communi Vir-  
ginum, & Martyrum, excepta Oratione.

ORATIO.

**D**EVS, omnium largitor bo-  
norum, qui in famula tua  
BIBIANA cū virginitatis flo-  
re martyrij palmam coniunxisti:  
mentes nostras eius intercessione  
tibi charitate coniunge, vt amotis  
periculis, præmia consequamur æ-  
terna. Per Dominum.

*Si celebretur in Aduentu, Secunda Oratio  
erit de Aduentu, tertia de Sancta Maria. De-  
us, qui de Beata Mariæ Virginis utero, qua  
terminatur sic: Per eundem Dñm nostrū &c.*

Die III. Decembris.  
IN FESTO S. FRANCIS-  
CI XAVERII Confessoris.  
Introitus Psal. 118.

**L**OQUEBAR de testimonijs tuis  
in conspectu regū, & non cō-  
fundebar: & meditabar in man-  
datis tuis, quæ dilexi nimis.  
Psalm: 116. Laudate Dominū  
omnes Gētes: laudate eum omnes  
populi.

Quoniam confirmata est super  
nos misericordia eius: & veritas  
Domini manet in æternum. V.  
Gloria Patri &c.

ORATIO.

**D**EVS, qui Indiarum Gentes  
B. FRANCISCI prædica-  
tione, & miraculis Ecclesiæ tuæ  
aggregare voluisti: concede pro-  
pitius, vt cuius gloriosa merita ve-  
neramur, virtutum quoque imitemur  
exempla. Per Dominum.

*Deinde fit Commemoratio Feriæ.*

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apost:  
ad Romanos. Rom: 10. b.

**F**RATRES, Corde enim creditur  
ad iustitiam, ore autem cōfes-  
sio fit ad salutem. Dicit enim Scri-  
ptura: Omnis qui credit in illum  
non cōfundetur. Non enim est di-  
stinctio Iudæi, & Græci: Nam  
idem Dominus omnium, diues in  
omnes, qui inuocāt illum. Omnis  
enim, quicumque inuocauerit no-  
men Domini, saluus erit. Quomo-  
do



do ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credēt ei, quem non audierūt? Quomodo autem audient sine prædicāte? Quomodo verò prædicabūt? nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium bona! sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? ergo fides ex auditu, auditus autē per verbum Christi. Sed dico: nūquid non audierūt? & quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

*Graduale Psal: 91.* Iustus vt palmā florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. Ad annuntiandum manē misericordiā tuam, & veritatem tuam, per noctem. Alleluia, allel: *Iac: 5.* Beatus Vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

✠ *Sequentia Sancti Euangelij secundum Marcum. Marc: 16.*

**I**n illo tempore: Dixit IESVS discipulis suis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui cre-

diderit, & Baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autē eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpētes tolerant: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponēt, & benè habebūt.

*Offert: Psal: 88.* Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

SECRET A.

**P**ræsta nobis, quæsumus omnipotēs Deus: vt nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorū: & nos corpore pariter & mēte purificet. Per Dominum.

*Communio Matt: 24.* Beatus seruus, quē cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

**Q**uæsumus, omnipotēs Deus, vt qui cælestia alimenta percipimus, intercedēte B. FRANCISCO Confessore tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

Die

Die XXIII. Ianuarij  
**I**N FESTO S. RAYMUNDI  
de PENNAFORT Confessoris.  
*Missæ Os Iusti: de Comm: Confess: non Pontif: præter Orationem sequentem.*

O R A T I O.

**D**EVS, qui Beatum Raymundum penitentiae Sacramenti insignem Ministrū elegisti, & per maris vndas mirabiliter traduxisti: concede, vt eius intercessione dignos penitentiae fructus facere, & ad æternæ salutis portū peruenire valeamus. Per Dominum Nostrum &c.

Die XXIX. Ianuarij.  
**I**N FESTO S. FRANCISCI  
SALESII, Confessoris.  
*Missæ. Statuit ei Dominus vt in Comm: Confess: Pont: prima Oratio sequens.*

**D**EVS, qui ad animarum salutem B. FRANCISCVM Confessorem tuum, atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius: vt charitatis tuæ dulcedine perfusi, eius dirigentibus monitis, ac suffragantibus meritis, æterna gaudia cōsequamur. Per Dominum.

*Reliqua vt in eadem Missa.*

Die XXX. Ianuarij.  
**I**N FESTO S. MARTINÆ  
Virg: & Martyris, *Missæ. Loquebar. de Communi Virginum & Martyrum.*

Die XXXI. Ianuarij.  
**I**N FESTO S. PETRI  
NOLASCO Confessoris,  
*Missæ. Iustus vt palma. vt in Communi Confess: non Pontif: præter primam Oratio.*

DIE VIII. MARTIJ INFESTO

**D**EVS, qui Beatum Ioannem tuo amore Succensum inter flammam innoxium incedere fecisti, & per eum Ecclesiam tuam noua prole fecundasti; præsta ipsius Suffragantibus meritis, ut igne Charitatis tuæ vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum Nostrum IESVM Christum &c.

ORA PRO ME. P.M.

Vidua Romanæ. *Missæ. Cognouit. de Communi nec Virg: nec Mart: excepta prima Orat:*

O R A T I O.

**D**EVS, qui Beatam FRANCISCAM famulam tuam, inter cætera gratiæ tuæ dona familiari Angeli consuetudine decorasti: concede, quæsumus, vt intercessionis eius auxilio Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dominum.

*Reliqua vt in eadem Missa, & sit commemorat: Ferie.*

Die XVII. Martij.  
**I**N FESTO S. PATRICII.  
Episcopi, Hybernæ Confessoris.  
*Missæ. Statuit ei Dominus: de Communi Confessorū Pontificum præter Orationem sequentem:*

O R A T I O.

**D**EVS, qui ad prædicandam Gentibus gloriam tuam Beatum PATRICIVM Confessorem, atq; Pontificem mittere dignatus es, meritis & intercessione concede: vt quæ nobis agenda præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dominum.

Die XIII. Aprilis.  
**I**N FESTO S. HERMENEGILDI  
Regis Hispaniæ Mart:

*Omnia vt in Missa de Communi. In virtute tua. præter Orationem propriam, & legitur Euangelium. Si quis venit ad me. vt in prima Missa de eodem Communi.*

O R A T I O.

**D**EVS, qui Beatum HERMENEGIL-

\* S. IOANNIS DE DEO. ORATIO.



do ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credēt ei, quem non audierūt? Quomodo autem audient sine prädicatione? Quomodo verò prädicabūt? nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium bona! sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? ergo fides ex auditu, auditus autē per verbum Christi. Sed dico: nūquid non audierūt? & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

*Graduale Psal: 91.* Iustus vt palmā florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. Ad annuntiandum manē misericordiā tuam, & veritatem tuam, per noctem. Alleluia, alleluia.  
*Iac: 5.* Beatus Vir, qui suffert tentationem: quoniam cum pro-

diderit, & Baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autē eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpētes tolerant: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponēt, & benè habebūt.

*Offert: Psal: 88.* Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

SECRET A.

**P**Ræsta nobis, quæsumus omnipotēs Deus: vt nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorū: & nos corpore pariter & mēte purificet. Per Dominum.

*Communio Matt: 24.* Beatus seruus, quē cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua con-

Die XXIII. Ianuarij  
**IN FESTO S. RAYMUNDI**  
de PENNAFORT Confessoris.  
*Missæ Os Iusti: de Comm: Confess: non Pontif: præter Orationem sequentem.*

O R A T I O.

**D**EVS, qui Beatum Raymundum penitentia Sacramenti insignem Ministrū elegisti, & per maris vndas mirabiliter traduxisti: concede, vt eius intercessione dignos penitentia fructus facere, & ad æternæ salutis portū peruenire valeamus. Per Dominum Nostrum &c.

Die XXIX. Ianuarij.  
**IN FESTO S. FRANCISCI SALESII,** Confessoris.  
*Missæ. Statuit ei Dominus vt in Comm: Confess: Pont: prima Oratio sequens.*

**D**EVS, qui ad animarum salutem B. FRANCISCV Confessorem tuum, atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius: vt charitatis tuæ dulcedine perfusi, eius dirigentibus monitis, ac suffragantibus meritis, æterna gaudia cōsequamur. Per Dominum.

*Reliqua vt in eadem Missa.*

Die XXX. Ianuarij.  
**IN FESTO S. MARTINÆ**  
Virg: & Martyris, *Missæ. Loquebar. de Communi Virginum & Martyrum.*

Die XXXI. Ianuarij.  
**IN FESTO S. PETRI NOLASCO** Confessoris,  
*Missæ. Iustus vt palma. vt in Communi Confess: non Pontif. præter primam Orationem sequentem.*

O R A T I O.

**D**EVS, qui in tuæ charitatis exemplū ad Fidelium redemptionem, Sanctum PETRVM NOLASCO, Ecclesiam tuam noua prole fecundare diuinitus docuisti: propius nobis intercessione concede, a peccati seruitute solutis, in cælesti patria perpetua libertate gaudere. Qui viuus, &c.

Die IX. Martij.  
**IN FESTO S. FRANCISCE**

Vidua Romanæ. *Missæ. Cognoui. de Communi nec Virg: nec Mart: excepta prima Orat:*

O R A T I O.

**D**EVS, qui Beatam FRANCISCAM famulam tuam, inter cætera gratia tuæ dona familiari Angeli consuetudine decorasti: concede, quæsumus, vt intercessionis eius auxilio Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dominum.

*Reliqua vt in eadem Missa, & sit commemorat: Feria.*

Die XVII. Martij.  
**IN FESTO S. PATRICII**  
Episcopi, Hybernæ Confessoris.  
*Missæ. Statuit ei Dominus: de Communi Confessorū Pontificum præter Orationem sequentem:*

O R A T I O.

**D**EVS, qui ad prædicandam Gentibus gloriam tuam Beatum PATRICIVM Confessorem, atq; Pontificem mittere dignatus es, meritis & intercessione concede: vt quæ nobis agenda præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dominum.

Die XIII. Aprilis.  
**IN FESTO S. HERMENEGILDI**  
Regis Hispaniæ Mart:  
*Omnia vt in Missa de Communi. In virtute tua. præter Orationem propriam, & legitur Euangelium. Si quis venit ad me. vt in prima Missa de eodem Communi.*

O R A T I O.

**D**EVS, qui Beatum HERMENEGILDVM Martyrem tuum cælesti Regno terrenum postponere docuisti, da, quæsumus, nobis eius exemplo caduca despiciere, atq; æterna sectari. Per Dominum.

*Si celebretur tempore Pasch: dicitur Missa. Protexisti. vt in Communi Martyrū temp: Paschali, cum Euangelio. Si quis venit ad me: vt supra.*

Die XXX. Aprilis.  
**IN FESTO S. CATHARINÆ**  
SENENSIS.

*Missæ. Dilexisti iustitiam: de Communi Virginum. præter Orationes sequentes.*

O R A T I O



**D**A quæsumus Omnipotens DEVS: vt qui Beatæ CATHARINÆ Virginis tuæ natalitia colimus, & annua Solemnitate lætemur, & tantæ virtutis proficiamus exemplo. Per Dominum.

S E C R E T A.

**A**scendant ad te Domine, quas in Beata CATHARINÆ Solemnitate offerimus preces, & hostia salutatis Virginico flagrans odore. Per Dominum Nostrum.

Postcommunio.

**T**ernitatem nobis Domine, conferat qua partifimus, mensa cælestis: quæ B. CATHARINÆ Virginis vitam etiam aluit temporalem. Per Dominum Nostrum.

Die IV. Maij.

IN F E S T O S. M O N I C Æ  
Viduz.

Introitus. Psal. 118.

**C**Ognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, à mandatis enim tuis timui, alleluia, alleluia. Psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. V. Gloria Patri &c.

O R A T I O.

**D**EVS, merentium consolator, & in te sperantium salus, qui B. MONICÆ pijs lacrymas in Conuersione filij sui Augustini misericorditer suscepisti: da nobis vtriusq; interuentu peccata nostra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam inuenire. Per Dom.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

**C**harissime, Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si quæ autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primùm domum suam regere, & mutuum vicē reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè Vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nā quæ in deliciis est, viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minùs sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in opèribus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recēpit, si Sanctòrum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.

Alleluia, alleluia. V. Spécie tua, & pulchritudine tua, intēde, prospere procede, & regna. Alleluia. V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & dedit te mirabiliter dextera tua. Alleluia.

✠ Sequētia Sancti Euangelij secundum Lucam.

In

**I**n illo tempore: Ibat Iesus in Ciuitatē, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ Ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. (Hi autem, qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accēpit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

*Offertorium.* Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. alleluia.

Secreta.

**A**ccēpta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio. pro tuorum honore Sanctòrum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum Nostrum.

*Communio.* Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis, alleluia.

Postcommunio.

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munèribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refouere, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum.

Die XVIII. Maij.

IN F E S T O S. V E N A N T I I  
Martyris.

*Missæ.* Protexisti me Deus: de Communi Martyris non Pontificis tempore Paschali, præter Orationem & sequentia.

O R A T I O.

**D**EVS, qui hunc diē B. VENANTII Martyris tui triumpho cōsecrasti: exaudi preces populi tui, & præsta: vt qui eius merita veneramur, fidei constantiam imitemur. Per Dom.

Secreta.

**H**anc oblationem omnipotens Deus, Beati VENANTII merita tibi reddat acceptam, vt ipsius subsidijs adiuti, gloriæ eius consortes efficiamur. Per Dom.

*Communio.* Psal. 63. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

**S**umpsimus, Domine, æternæ vitæ Sacramenta, te humiliter deprecantes, vt B. Venantio Martyre tuo pro nobis deprecante, veniam nobis conciliet, & gratiam. Per Dominum.

*Si autem celebretur extra tempus Paschale Missæ.* In virtute tuâ Domine. vt in Communi vnus Mart: non Pontif: Orationes vt supra, & Euangel: Si quis venit ad me. &c. de Communi Mart: Pontif:

Die XIX. Maij.

IN F E S T O S. P E T R I C Æ  
LESTANI Papæ & Confessoris.

*Missæ.* Statuit ei Dominus: de Comm: Con Pontif: præter Orationem sequentem.

O R A T I O.

B2

DEVS,



**D**EVs, qui B. PETRVM Cælestinum ad summi Põtificatus apicem sublimasti, quiq̃ illum humilitati postponere docuisti, concede propitius, vt eius exemplo cuncta mundi despiciere, & ad promissa humilibus præmia peruenire feliciter mereamur. Per Dominum Nostrum &c.

*Euangelium: Ecce nos reliquimus omnia. ut in Comuni Abbatum.*

Die XX. Maij.

**I**N FESTO S. BERNARDINI Senensis, Confessoris.

*Missæ. Os iusti, de Comuni Confessorum non Pontificum præter Orationem sequentem.*

**O**RATIO.

**D**omine Iesu, qui Beato Bernardino Confessori tuo eximium Sancti Nominis tui amorem tribuisti, eius quæsumus meritis, & intercessione spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui viuus &c.

*Euangelium: Ecce nos reliquimus omnia ut in Comuni Abbatum.*

Die XXV. Maij.

**I**N FESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ de Pazzis.

*Missæ. Dilexisti, de Comuni Virg: præter propriam primam Orationem.*

**O**RATIO.

**D**EVs, Virginitatis amator, qui Beatam Mariam Magdalenam Virginem tuo amore succensam, cælestibus donis deco-

raasti; da, vt quam festiua celebritate veneramur; puritate, & charitate imitemur. Per Dominum.

*Reliqua vt in eadem Missa, in qua sit commemoratio: S. Urbani Papa & Mart:*

Die XXVI. Maij.

**I**N FESTO S. PHILIPPI NERII Confessoris.

*Missæ. de Comuni præter sequentem Orationem & secreta & postcommunione.*

**O**RATIO.

**D**EVs, qui Beatum Philippum Confessorem tuum Sæctorum tuorum gloria sublimasti: concede propitius, vt cuius solemnitate lætamur, eius virtutum proficiamus exemplo. Per Dom.

*Deinde sit Commem: S. Eleutherij Papa, & Martyris.*

Die XII. Iulij.

**I**N FESTO S. IOANNIS GUALBERTI, Abbatis.

*Introitus. Psal: 26.*

**O**S iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium: iex Dei eius in corde ipsius.

*Psal: Ibid: Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. V. Gloria Patri &c.*

**O**RATIO.

**I**ntercessio nos, quæsumus Domine, B. IOANNIS GUALBERTI Abbatis commendet, vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum Nostrum &c.

*Lectio Libri Sapientia. Eccl: 45. Dile-*

**D**ilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regū, & iussit illi coram pōpulo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi corā præcepta, & legem vitæ, & disciplina.

*Graduale, Psal: 20. Domine præuenisti eum in benedictionib9 dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.*

*V. Vitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi. Alleluia; alleluia.*

*Psal: 91. V. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia.*

*Sequentia S. Euangelij secundū Matthæum. Matt: 5. f.*

**I**n illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Audistis quia dictū est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico vobis: Di-

ligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantib9 vos: vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti; sicut & Pater vester cælestis, perfectus est.

*Offertorium, Psal: 20. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine, & voluntate laborum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Secreta.*

**S**acris altaribus, Domine, hostias superpositas S. IOANNIS GUALBERTVS Abbas, quæsumus, in salutem nobis prouenire deponat. Per Dominum.

*Communio. Luc: 12. Fidelis seruus, & prudens quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.*

*Postcommunio.*

**P**roregat nos, Domine, cum tui perceptione Sacramenti B. IOANNIS GUALBERTVS Abbas, pro nobis intercedendo: vt, & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

Die XV. Iulij.

**I**N FESTO S. HENRICI Primi Imperatoris, Confessoris.

*Missæ. Os iusti, vt in Comuni Confess: non Pontificis; prima Oratio sequens.*

**O**RATIO.



## ORATIO.

**D**EVS, qui hodierna die B. HENRICVM, Confessorē tuum, è terreni culmine Imperij ad regnum æternum transtulisti, te supplices exoramus, vt sicut illū, gratiæ tuæ vbertate præuentum, illecebras sæculi superare fecisti: ita nos facias, eius imitatione, mundi huius blandimenta vitare, & ad te puris mētibus peruenire. Per Dominum.

*Reliqua vt in eadem Missa.*

Die XXXI. Iulij.

**I N F E S T O S. I G N A T I I**  
Confessoris Societatis IESV  
**F V N D A T O R I S.**

*Introitus Psal: 2.*

**I**N nomine IESV omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in Gloria est Dei Patris.

*Psal: 5. Gloriantur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto, &c. Gloria Patri &c.*

## ORATIO.

**D**EVS, qui ad maiorem tui nominis gloriam propagandam, nouo per B. IGNATIVM subsidio militantem Ecclesiam roborasti: concede, vt eius auxilio & imitatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cælis. Per Dominum.

LECTIO Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Timotheum 2. *Tim: 2.*

**C**HARISIME, Memor esto Dominū nostrum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi malè operans: sed verbū Dei non est alligatū. Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passionem, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

*Graduale. Psal: 91. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. &c. Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia.*

*Jac. I. &c. Beatus vir, qui sustinet temptationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.*

✠ **Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam. Lucae 10.**

**In**

## Secreta.

**A**dine, Domine Deus, oblationibus nostris S. IGNATII benigna suffragia: vt sacrosancta mysteria, in quibus omnis sanctitatis fontem constituisi, nos quoque in veritate sanctificent. Per Dominum.

*Communio Luca 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur.*

## Postcommunio.

**L**audis hostia, Domine, quam pro S. Ignatio gratias agentes obtulimus, ad perpetuam nos maiestatis tuæ laudationē, eius intercessionem perducat. Per Dominum.

*In Officio S. Ignatij, in Breviario, die XXXI. Iulij, Lectiones tertij Nocturni recitande ex Homilia S. Gregorij Papa in Euang: Designauit Dominus. de Communi Euangelistarum.*

Die VII. Augusti.

**I N F E S T O S. C A I E T A N I**  
Confessoris non Pontificis.

*Missæ. Os iusti. de Communi Confessorum non Pontificum præter Orationem sequentem.*

## ORATIO.

**D**EVS, qui B. CAIETANO Confessori tuo Apostolicam viuendi formam imitari tribuisti: da nobis eius intercessionem, & exemplo in te semper confidere, & sola Caestia desiderare. Per Dominum &c.

*Euangelium. Nemo potest duobus Dominis seruire. Ex Dominica 14. post Pentecosten.*

Die XXXI. Augusti.

**I N F E S T O S. R A Y M V N D I**  
NONNATI, Confessoris.

*Missæ. Os iusti. vt in Communi Confessoris non Pontificis præter primam Orationem hic propriam.*

## ORATIO

**I**N illo tempore: Designauit Dominus & alios septuaginta duos. Et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominū messis, vt mittat operarios in messē suam. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam saluaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primū dicite: Pax huic domui: & si ibi fuerit filij pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes, & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domū. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnū Dei.

*Offertor: Psal: 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.*

**C2**



**D**EVS, qui in liberandis Fidelibus tuis ab Impiorum captiuitate, Beatum RAYMVNDVM NONNATVM Confessorem tuum mirabilem effecisti, eius nobis intercessione concede, vt a peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita liberis mentibus exequamur. Per Dominum Nostrum &c.

Die II. Septembris.

**I**N FESTO S. STEPHANI Regis Vngariæ Confessoris.  
Missa. Os iusti. de Communi Confessorum non Pontificum, præter Orationem sequentem.

O R A T I O.

**C**ONcede quæsumus Ecclesiæ tuæ Omnipotens Deus, vt B. STEPHANVM Confessorem tuum, quem regnantem in terris Propagatorẽ habuit, Propugnatorẽ habere mereatur gloriosum in cælis. Per Dominum &c.

Euangelium: Homo quidam Nobilis. Ex Festo S. Ludouici Confessoris. 25. Augusti.

Die Dominica infra Octauã Natiuitatis B. M. V.  
MISSA. de SANCTISSIMO NOMINE B. MARIE VIRGINIS.

Introitus. Psal. 44.

**V**ultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur Regi Virgines post eam, proximæ eius adducentur tibi in lætitia, & exultatione.

Psal. Eructauit cor meum verbum

bonum dico ego opera mea Regi. y. Gloria Patri &c.

O R A T I O.

**C**ONcede quæsumus Omnipotens Deus, vt fideles tui, qui sub Sanctissimæ Virginis MARIÆ Nomine, & protectione latantur: eius pia intercessione, a cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna peruenire mereantur in cælis. Per Dom.

Lectio Libri Sapientiæ. Ec. 24. c.

**E**GO, quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spe vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplerini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidunt me, vitam æternam habebunt.

Graduale. Benedicta, & venerabilis es Virgo MARIA, quæ sine tactu pudoris inuenta es Mater Saluatoris.

y Vir-

y. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clauit viscera, factus homo. Alleluia, alleluia.

y. Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri. Allel.

✠ Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam. Lucæ 1. c.

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomẽ Virginis MARIA. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena; Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est, in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista saluatio, Et ait Angelus ei: Netimeas MARIA; inuenisti enĩ gratiã apud Deũ: ecce concipies in utero; & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. Hic erit magnus & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis. Dixit autem MARIA ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus San-

D

ctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deũ omne verbũ. Dixit autem MARIA: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Credo.

Offertorium. Aue MARIA gratia plena Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Secreta.

**T**Va Domine propitiatione, & Beatæ MARIE semper Virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per Dominum nostrum &c.

Præfatio de B. Maria. Et te in Nomine B. MARIE, &c.

Communio. Beata viscera MARIE, Virginis quæ portauerunt æterni Patris filium.

Postcommunio.

**S**umptis, Domine, salutis nostræ subsidijs: da quæsumus, Beatæ MARIE semper Virginis patrocinij nos ubique protegi: in cuius veneratione, hæc tua obtulimus maiestati. Per Dominum &c.

Die X. Septembris.

**I**N FESTO S. NICOLAI de TOLENTINO

Missa. Iustus vt palma florebit. de Communi Confessorum non Pontificum. & dicitur Credo.

Die



Die XVII. Septembris.  
IN FESTO IMPRESSIONIS  
SS. Stigmatum in corpore S. Francisci.

*Introitus.*

**M**ihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Psal: 141.* Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum. Gloria Patri &c. Mihi autē.

O R A T I O.

**D**omine Iesu Christe, qui frigescente mundo ad inflāmandum corda nostra tui amoris igne, in carne Beatissimi Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renouasti: concede propitius, ut eius meritis, & precibus, crucem iugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vis & regnas &c.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal: 6.*

**F**ratres: Mihi autē absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputiū, sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cætero nemo mihi molestus sit:

ego enim Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen.

*Graduale. Psal: 36.* Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. *ψ.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. *ψ.* Franciscus pauper & humilis, cœlum diues ingreditur, hymnis cœlestibus honoratur. Alleluia.

Sequentia Sancti Euangelij secūdum Matthæū. *Matt: 16*

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus Discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucrētur, animæ vero suæ detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis vēturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera sua.

*Offertorium. Psal: 88.* Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

*Secreta.*

**M**vnera tibi, Domine, dicata sanctifica, & intercedente Beato Francisco, ab omni

ab omni nos culparum labe purifica. Per. *Communio. Luc: 12.* Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.

*Postcommunio.*

**D**eus, qui mira Crucis mysteria in B. Francisco Cōfessore tuo multiformiter demonstrasti: da nobis, quæsumus, deuotionis suæ semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Dominum nostrum &c.

Die XXVI. Septembris.

IN FESTO S. IOSAPHAT  
Archiepiscopi Polocensis Martyris,  
*Missæ.* Statuit ei Dominus. de Comuni  
vnius Martyris Pontificis, præter Orationem  
sequentem.

O R A T I O.

**O**mnipotēs sempiternæ Deus, qui B. IOSAPHAT palma Martyrij condecorādo, Ecclesiæ Catholice nouum apud te Intercessorem prouidisti, quæsumus, ut eius meritis & auxilio, à malis omnibus liberati, tuo Nomini studiosius seruiamus. Per Dom.

Die II. Octobris.

IN FESTO SS. ANGELORVM  
Custodum.

*Introitus. Psal: 102.*

**B**enedicite Dominum omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonis eius. *Psal. ibid.* Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini Sancto eius. *ψ.* Gloria Patri &c.

O R A T I O.

**D**eus, qui ineffabili prouidentia, Sanctos Angelos tu-

D 2

os ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum &c.

Lectio Libri Exodi. *Exod: 23. d.*

**H**æc dicit Dominus Deus: ecce ego mittā Angelū meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locū, quem parauit. Obserua eum, & audi vocem eius, nec cōtemnē. dum putes: quia non dimittet eū peccaueris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocē eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: præcedetque te Angelus meus.

*Graduale. Psal: 90.* Angelis suis Deus mandauit de te: ut custodiāt te in omnibus vijs tuis.

*ψ.* In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Alleluia, alleluia.

*Psal: 102. ψ.* Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Alleluia.

*Post Septuag: omisso Alleluia, & ψ. sequitur Tractus.* Benedicite Dominū omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius.

*ψ.* Benedicite Domino omnes Virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius. *ψ.* Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

Tempo-



*Tempore Paschali emittitur Graduale, & eius loco, dicitur Alleluia, alleluia. Psal: 137. y. In conspectu Angelorum psallam tibi: Adorabo ad Templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Alleluia. Mart: 28. y. Angelus Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.*

✠ Sequētia Sancti Euāgelij secundum Matthæū. *Matt: 18.*

**I**n illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis, putas, maior est in regno caelorum? Et advocās Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno caelorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in Nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnū de pusillis istis, qui in me credunt, expedit, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Væ mundo à scandalis. Necessesse est enim, vt veniant scādala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Si autē manus tua, vel pes tuus scād-

alizat te, abscinde eum, & proijce abs te: bonum tibi est ad vitam ingredibilem, vel claudū, quam duas manus, vel duos pedes habentē, mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te: bonum tibi est cum vno oculo in vitam intrare, quā duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contempnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis, semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est. Credo.

*Offertorium.* Benedicite Dominum omnes Angeli eius: ministri eius, qui faciunt verbum eius: ad audiendam vocem sermonum eius.

*Secreta.*

**S**uscipe Domine munera, quae pro Sanctorum Angelorum tuorum veneratione deferimus, & concede propitijs, vt perpetuis eorum praesidijs, à praesentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus aeternam. Per Dominum &c.

*Communio.* Benedicite omnes Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in saecula.

*Postcommunio.*

**S**impliciter Domine, Diuina mysteria, Sanctorum Angelorum tuorum festiuitate laetantes: quaesumus, vt eorum protectione ab hostium iugiter liberemur insidijs, & contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, Qui tecum &c.

Die

Die VI. Octobris.  
**I**N F E S T O S. B R V N O N I S  
Confessoris,  
*Missae. Os Iusti, de Communi Confess: non Pontificum. prater Orationem sequentem.*

**O**RATIO.

**S**ancti Brunonis Confessoris tui intercessionibus adiuuemur: vt qui Maiestatē tuam grauius delinquendo offēdimus, eius meritis & precibus nostrorum delictorum veniam consequamur. Per Dominum &c.

Die VIII. Octobris.  
**I**N F E S T O S. B I R G I T T A E  
Viduae.

*Missae. Cognoui, de Communi nec Virg: nec Mart: prater primam Orationem sequentem.*

**O**RATIO.

**D**omine Deus noster, qui B. BIRGITTAE per filium tuum vnigenitum secreta caelestia reuelasti: ipsius pia intercessione da nobis famulis tuis, in reuelatione sempiternae gloriae tuae gaudere laetantes. Per eundē Dom.

*Reliqua vt in eadem Missa.*

Die XIII. Octobris.  
**I**N F E S T O S. E D V A R D I  
Regis Confessoris,  
*Missae. Os Iusti, de Communi Confessorum non Pontificum prater Orationem sequentem.*

**O**RATIO.

**D**eus, qui B. Regē EDVARDVM Confessorem tuum aeternitatis gloria coronasti, fac

nos quaesumus, ita eum venerari in terris, vt cum eo regnare possim⁹ in caelis. Per Dominum &c.

Die XV. Octobris.  
**I**N F E S T O S. T E R E S I A E  
Virginis,  
*Missae. Dilexisti, in Communi Virginum tantum, excepta prima Oratione propria.*

**O**RATIO.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, vt sicut de B. TERESIAE Virginis tuae festiuitate gaudemus: ita caelestis eius doctrinae pabulo nutriamur, & pia deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum &c.

*Reliqua vt in eadem Missa.*

Die XIX. Octobris.  
**I**N F E S T O S. P E T R I  
de ALCANTARA, Confessoris.  
*Introitus. Psal: 91.*

**I**ustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.

*Psal: Ibid: Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. y. Gloria Patri, &c.*

**O**RATIO.

**D**eus, qui B. PETRVM Confessorem tuum admirabilis poenitentiae, & altissimae contemplationis munere illustrare dignatus es: da nobis, quaesumus, vt eius suffragantibus meritis carne mortificati facilius caelestia capiamus. Per Dominum.

LECTIO



Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philipenses. *Phil: 3. b.*

**F**Ratres: Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum proter Christum detrimenta. Verum tamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificam: & inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est, Christi Iesu: quæ ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius: cõfiguratus morti eius: si quo modo occurrã ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Nõ quod iam acceperim aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendã, in quo, & cõprehensus sum à Christo Iesu.

*Graduale, Psal: 36.* Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. *Ps.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia.

*Psal: 3. Ps.* Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Allel.

✠ Sequentia S. Euãgelij secundum Lucam. *Luc: 12. d.*

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere puillus grex, quia cõplacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vẽdite, quæ possidetis, & date elemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quò fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

*Offertorium, Psal: 20.* In virtute tua Domine, lætabitur iustus: & super salutarem tuam exultabit vehementer; desiderium animæ eius tribuisti ei.

*Secreta.*

**P**Ræsta nobis quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter, & mente purificet. Per Dominum &c.

*Communio, Matt: 19.* Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus omnipotens Deus: ut qui cœlestia alimenta percepimus, intercedente B. PETRO Confessore tuo, per hæc cõtra omnia aduersa muniamur. Per.

Die XIII. Nouembris.

**I**N F E S T O S. D I D A C I  
Confessoris.

*Missa.* Iustus ut palma florebit. de Comuni Confessorum non Pontificum præter Orationem sequentem.

ORATIO.

ORATIO.

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi elegis: ut fortia quæquæ confundas, cõcede propitius humilitati nostræ, ut piis B. DIDACI Confessoris tui precibus, ad perennem in cælis gloriam sublimari mereamur. Per.

Die XIX. Nouembris.  
**I**N F E S T O S. E L I S A B E T H  
Vidua.

*Missa.* Cognoui. ut in Comuni nec Virg: nec Mart: præter primam Orat: hic prop.

ORATIO.

**T**Vorũ corda fidelium Deus miserator illustra, & B. Elisabeth precibus gloriosis fac nos prospera mundi despiciere, & cœlesti semper consolatione gaudere. Per.

FINIS.

**M I S S Æ S A N C T O R V M**  
**A D L I B I T V M.**

Die XIX. Ianuarij.

**I**N F E S T O S. C A N V T I  
*Missa.* In virtute. ut in Comuni unius  
*Mart: prima Oratio sequens.*

ORATIO.

**D**EVS, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam, B. CANVTVM, Danorum Regem Martyrij palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es: concede propitius, ut sicut ipse Dominicæ passionis imitator fuit, ita nos per eius vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna peruenire mereamur. Per Dominum.

*Euangelium.* Si quis vult post me.

*Reliqua ut in eadem Missa, & in ea sit commemoratio Sanctorum Martyrum Marj sciorum.*

E2

Die IV. Februarij.

**I**N F E S T O S. A N D R E Æ  
CORSINI Confessoris.  
*Missa.* Statuit ei. ut in Comuni Confessoris Pontificis prima Oratio sequens.

ORATIO.

**D**EVS, plebis tuæ miserator, cui B. ANDREAS Pontifex, abdicato sæculi fastu, liberiori placuit ministerio: da, quæsumus, Pastoris sui solemnia recensenti, eius non destitui suffragio, cuius confidit meritis, tuæ restitui gratior maiestati. Per.

Die V. Aprilis.

**I**N F E S T O S. V I N C E N T I I  
FERRERII Confessoris.

*Missa.* Os iusti. ut in Comuni Confessoris Pontificis, prima Oratio sequens.

ORATIO.



## O R A T I O.

**D**EVS, qui Ecclesiam tuam  
B. VINCENTII Con-  
fessoris tui meritis, & prædica-  
tione illustrare dignatus es: con-  
cede nobis famulis tuis, vt & ipsi-  
us instruamur exemplis, & ab o-  
mnibus eius patrocinio liberemur  
aduersis. Per Dominum &c.

*Si celebratur in Quadr: fit cōmemoratio Ferie.*

Die X. Maij.

**I**N F E S T O S. ANTONINI  
Episcopi, Confessoris.

*Missæ. Statuit ei Dominus. de Comuni  
Confessorum Pontificum præter Orat: sequentem.*

## O R A T I O.

**S**ANCTI ANTONINI DO-  
SMINE Confessoris tui atq; Pō-  
tificis meritis adiuuemur: vt si-  
cut te in illo mirabilem prædica-  
mus, ita in nos misericordem fu-  
isse gloriemur. Per Dominum.

Die XIX. Iunij.

**I**N F E S T O S. BONIFACII  
Martyris Archiepiscopi Russiæ.

*Missæ. Statuit ei Dominus de Commu-  
ni vnus Martyris Pontificis.*

Die IV. Iulij.

**I**N F E S T O S. ELISABETH  
Reginæ Portugalæ Viduæ.

*Missæ. Cognoui. vt in Comuni nec  
Virg: nec Mart: prima Oratio sequens.*

## O R A T I O.

**C**LEMētissime Deus, qui B.  
ELISABETH Reginā,

inter cæteras egregias dotes, bel-  
lici furoris sedandi prærogatiuā  
decorasti: da nobis eius interces-  
sione post mortalis vitæ, quam  
suppliciter petimus, pacē, ad æter-  
na gaudia peruenire. Per Dom.

*Deinde fit cōmem: O. Apostolorum, ter-  
tia Oratio. Concede, & dicitur, Credo. &  
Præfatio de Apostolis.*

Die VIII. Iulij.

**I**N F E S T O S. MARGARITÆ  
Reginæ Scotiæ.

*Missæ. Cognoui. de Comuni nec Virginis  
nec Martyris præter Orationem sequentem.*

## O R A T I O.

**D**EVS, qui B. MARGA-  
RITAM Scotorum Re-  
gina eximia in Pauperes charita-  
te mirabilem effecisti: da vt eius  
intercessione & exemplo tua in-  
cordibus nostris charitas iugiter  
augeatur. Per Dominum &c.

Die XVII. Iulij.

**I**N F E S T O S. ALEXII  
Confessoris.

*Missæ. Osiusti. de Comuni Confesso-  
rum non Pontificum.*

Die XVIII. Septembris.

**I**N F E S T O S. THOMÆ  
de VILLA NOVA, Confessoris.

*Missæ. Statuit ei. de Comuni Confess:  
Pontificis, præter primam Orationem hic pro-  
priam.*

## O R A T I O.

**D**EVS, qui B. THOMAM  
Pontificem, insignis in pau-  
peres

## O R A T I O.

peres misericordiæ virtute deco-  
rasti: quæsumus, vt eius interces-  
sione, in omnes, qui te deprecā-  
tur, diuitias misericordiæ tuæ be-  
nignus effundas. Per Dominum.

Die XXVIII. Septembris.

**I**N F E S T O S. WENCESLAI  
Martyris.

*Missæ. In virtute. vt in Comuni vnus  
Mart: præter primam Orationem hic propriam.*

## O R A T I O.

**D**EVS, qui B. WENCE-  
SLAVM per Martyrij  
palmam à terreno Principatu ad  
cælestem gloriam transtulisti, eig  
precibus nos ab omni aduersita-  
te custodi, & eiusdem tribue gau-  
dere consortio. Per Dominum.

Die I. Octobris.

**I**N F E S T O S. REMIGII  
Episcopi & Confessoris.

*Missæ. Statuit ei Dominus. de Com-  
muni Confessorum Pontificum.*

Die XVII. Octobris.

**I**N F E S T O S. HEDVIGIS  
Viduæ. *Missæ de Comuni nec Virg: nec Mar.*

**F E R I A S E X T A**  
Post Dominicam Passionis.

*Missæ. de Septem Doloribus B. MARIE  
VIRGINIS.*

*Introitus. Ioan: II. c.*

**S**TABAT iuxta Crucem Iesu Mater eius,  
& soror Matris eius Maria Cleopha, &  
Salome, & Maria Magdalene. *ψ. Mulier  
ecce filius tuus, dixit Iesus: ad discipu-  
lum autem: Ecce Mater tua. ψ. Gloria  
Patri &c. Dicitur. Gloria in excelsis.*

**D**EVS, in cuius Passione, se-  
cundum Simeonis prophe-  
tiam, dulcissimam animam glo-  
riose Virginis, & Matris Mariæ  
doloris gladius pertransiuit: con-  
cede propitius, vt qui transfixio-  
nem eius, & passionem veneran-  
do recolimus, gloriosis meritis,  
& precibus omnium Sanctorum  
Cruci fideliter astantium interce-  
dentibus, passionis tuæ effectum  
felicem consequamur. Qui viuus.  
& regnas &c.

Lectio Libri Iudith. *Iudith: 13. c.*

**B**enedixit te Dominus in vir-  
tute sua, qui per te ad nihi-  
lū rededit inimicos nostros. Be-  
nedicta es tu à Domino Deo ex-  
celso præ omnibus mulieribus su-  
per terram. Benedictus Domi-  
nus, qui creauit cælum & terram,  
quia hodie nomen tuum ma-  
gnificauit, vt non recedat laus tua  
de ore hominum, qui memores  
fuerint virtutis Domini in æter-  
num: pro quibus non pepercisti  
animæ tuæ propter angustias &  
tribulationes generis tui, sed sub-  
uenisti ruinæ ante conspectum  
Dei nostri.

Gradu-



*Graduale.* Dolorosa, & lachrymabilis es Virgo Maria, stans iuxta Crucem Domini Iesu Filij tui Redemptoris. Alleluia, alleluia. *Ps.* Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, hoc Crucis fert supplicium, vitæ factus homo. Alleluia.

*Post Septuagesimam omisso.* Alleluia, dicitur *Tract.* Stabat Sancta Maria, cœli Regina, & mundi Domina, iuxta Crucem Domini nostri Iesu Christi dolorosa. *Ps.* O vos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte, si est dolor sicut dolor me?

*Tempore Paschali.* Alleluia, alleluia. *Ps.* Stabat Sancta Maria cœli Regina & mundi Domina iuxta Crucem Domini nostri Iesu Christi dolorosa. Alleluia. *Ps.* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor me?

*Sequentia dicenda in die Festsuitatis tantum, & o-mittenda in Missis votiuis.*

**S**tabat Mater dolorosa,  
Iuxta Crucem lachrymosa.

Dum pendeat Filius.  
Cuius animam gementem.  
Contristatam, & dolentem,  
Pertransiit gladius.

O quam tristis, & afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater vnigeniti?

Quæ creabat, & dolebat,  
Et tremebat dum videbat,  
Nati pœnas inclyti.

Quis est homo, qui non fleret,  
Christi Matrem si videret,  
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,  
Piam Matrem contemplari,  
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suæ gentis,  
Vidit Iesum in tormentis,  
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum,  
Morientem desolatam,  
Dum emisit Spiritum.

Eia Mater fons amoris,  
Me sentire vim doloris,  
Fac vt tecum lugeam.

Fac vt ardeat cor meum.  
In amando Christum Deum,  
Vt sibi complaceam.  
Sancta Mater istud agas,  
Crucifixi fige plagas,  
Cordi meo validè.

Tui nati vulnerati.  
Tam dignati pro me pati  
Pœnas mecum diuide.  
Fac me verè tecum flere,  
Crucifixo condolere.  
Donec ego vixero.

Iuxta Crucem tecum stare,  
Te libenter sociare,  
In planctu desidero,  
Virgo Virginum præclara,  
Mihi iam non sis amara;  
Fac me tecum plangere;  
Fac vt portem Christi mortem,  
Passionis fac confortem,  
Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,  
Cruce hac inebriari,  
Ob amorem Filij.  
Inflammatum & accensus:  
Per te Virgo sim defensus:  
In die iudicij.

Fac me Cruce custodiri,  
Morte Christi præmuniti,  
Confoueri gratiâ.

Quando corpus morietur,  
Fac vt animæ donetur,  
Paradisi gloria. Amen.

✱ *Sequentia S. Euangelij secū-  
dum Ioannem. Ioan: 29. c.*

**I**n illo tempore: Stabant iux-  
tâ Crucem Iesu Mater eius, &  
soror Matris eius Maria Cleophæ,  
& Maria Magdalene. Cum vi-  
disset ergo Iesus Matrem, & di-  
scipulum stātem, quem diligebat,

dicit

dicit Matri suæ: Mulier, ecce fi-  
lius tuus. Deinde dicit discipu-  
lo. Ecce Mater tua. Et ex illa  
hora accepit eam discipulus in sua.

**Credo.**

*Offertorium.* Recordare Virgo Mater  
Dei: dum steteris in conspectu Domini  
vt loquaris pro nobis bona, & vt auertas  
indignationem suam a nobis.

*Secreta.*

**O**fferimus tibi preces, & hostias Do-  
mine Iesu Christe humiliter suppli-  
cantes: vt qui transfixionem dulcissimi  
Spiritus Beatæ Mariæ Matris tuæ precibus  
recensemus: suorumque sub Cruce  
Sanctorum consortium multiplicato pijs-  
simo interuentu, meritis mortis tuæ meri-  
tum cum beatis habeamus. Qui viuus, &c.

*Præfatio.* Et te in transfixione,

*Communio.* Felices sensus Beatæ Mariæ  
Virginis, qui sine morte meruerunt mat-  
tyrij palmam sub Cruce Domini.

*Postcommunio.*

**S**acrificia, quæ sumpsimus, Domine Ie-  
su Christe transfixionem Matris tuæ, &  
Virginis deuotè celebrantes, nobis impe-  
trent apud clementiam tuam omnis boni  
salutaris affectum. Qui viuus, &c.

*In Missis votiuis dicatur sequens Oratio.*

**I**nterueniat pro nobis, quæsumus Domi-  
ne Iesu Christe, nunc, & in hora mor-  
tis nostræ apud tuam clementiam beata  
Virgo Maria Mater tua, cuius sacratissimā  
animam in hora tuæ passionis doloris gla-  
dias pertransiit. Qui viuus, &c.

Die XVI. Iulij.

**I**N COMMEMORATIONE SOLE-  
MNI BEATISSIMÆ V. M.  
de Monte Carmelo.

*Introitus.*

**G**audemus omnes in Domino, diem  
festum celebrātes sub honore B. MA-  
RIÆ Virginis: de cuius Solemnitate gau-

dent Angeli & collaudant Filium Dei.  
*Psal.* Eructauit cor meum verbum bonum:  
dico ego opera mea regi. Gloria &c.  
Gaudeamus omnes &c.

**O R A T I O.**

**D**Evs, qui Beatissimæ fem-  
per Virginis, & Genitricis  
tuæ **MARIÆ** singulari titulo  
Carmeli ordinem decorasti, cō-  
cede propitius: vt cuius hodie cō-  
memorationem solemniter celebra-  
mus officio: ei9 muniti præsidij  
ad gaudia sempiterna peruenire  
mereamur. Qui viuus, &c.

*Lectio libri Sapiētiae. Eccli: 24. c.*

**E**go quasi vitis fructificau  
suauitatem odoris, & flores  
mei fructus honoris & honesta-  
tis. Ego Mater pulchræ dilecti-  
onis, & timoris, & agnitionis, &  
sacrae spei. In me gratia omnis  
viæ & veritatis, in me omnis spes  
vitæ & virtutis. Transite ad me  
omnes qui concupiscitis me, & a  
generationibus meis implemini.  
Spiritus enim meus super mel dul-  
cis, & hæreditas mea super mel  
& fauum. Memoria mea in ge-  
nerationibus sæculorū. Qui edunt  
me, adhuc esuriunt: & qui bibunt  
me, adhuc sitiunt. Qui audit me,  
non confundetur: & qui operan-  
tur



de Monte Carmelo.  
 tur in me, non peccabūt. Qui  
 elucidant me, viam æternam ha-  
 bebunt.

*Graduale.* Benedicte & venerabilis es  
 Virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inuen-  
 ta es, Mater Saluatoris. *ÿ.* Virgo Dei ge-  
 nitrix: quem totus non capit orbis, in  
 tua se clausit viscera factus homo. Alle-  
 luia, alleluia. *ÿ.* Per te Dei Genitrix,  
 nobis est vita perdita data: quæ de cæ-  
 lo suscepisti prolem: & mundo genuisti  
 Saluatorem, Alleluia.

✠ Sequētia S. Euangelij secun-  
 dum Lucam. *Luc.* II. c.

**I**n illo tempore: Loquente Ie-  
 sv ad turbas, extollens vocem  
 quædam Mulier de turba, dixit  
 illi: Beatus venter, qui te porta-  
 uit, & vbera quæ suxisti. At il-  
 le dixit: Quinimo Beati qui au-  
 diunt verbum Dei, & custodi-  
 unt illud. *Credo.*

*Offertorium* Recordare Virgo Mater,  
 in Conspectu Dei, vt loquaris pro no-  
 bis bona, & vt auertas indignationem su-  
 am à nobis.

*Secreta.*

**S**anctifica Domine quæsumus oblata li-  
 bamina; & beata Dei Genitricis Mariæ  
 saluberrima intercessione nobis salutaria  
 fore concede. Per eundem &c.

*Præfatio de Beata Maria.* Et te in Cõ-  
 memoracione B. M.

*Communio.* Regina mundi dignissima  
 Maria, Virgo perpetua, intercede pro no-  
 stra pace & salute; quæ genuisti Christũ  
 Dominum Saluatorem omnium.

*Postcommunio.*

**A**diuuet nos quæsumus Domine, glo-  
 riosa tuæ Genitricis semperque Vir-

ginis Mariæ intercessio nerada: vt quos  
 perpetuis cumulauit bñficijs, à cunctis  
 periculis absolutos tua pietate con-  
 cordes. Qui viuis &c.

Dominica I. Octobris.

*MISSA SACRATISSIMI ROSARII  
 B. VIRGINIS MARIÆ*

*Introitus.*

**S**alue sancta Parens, enixa puerpera Re-  
 gem: qui cælum terramq; regit in sæ-  
 cula sæculorum.

*Psal.* Eructauit cor meum verbũ bonũ:  
 dico ego opera mea Regi. *ÿ.* Gloria &c.

*O R A T I O.*

**S**olemnitatẽ Rosarij beatissi-  
 mæ Virginis Mariæ genitricis  
 tuæ celebrantes, quæsumus Do-  
 mine benigno fauore prosequere:  
 quatenus ita ipsius sacra My-  
 steria cõtemplemur in terris. Vt  
 post huius vitæ cursum, corũ fru-  
 ctus percipere mereamur in cælis.  
 Qui viuis & regnas &c.

*Lectio Libri Sapientia.*

*Eccli.* 24. b.

**A**B initio & ante sæcula cre-  
 atã sum, & vsq; ad futurum  
 sæculum non desinam & in habi-  
 tatione sancta, coram ipso mini-  
 strauit. Et sic in Sion firmatã sum,  
 & in Ciuitate sanctificata simili-  
 ter requieui, & in Ierusalem pote-  
 stas mea. Et radicaui in Populo  
 honorificato, & in parte Dei, mei  
 hæredi-

*Die XV. Octobris.*  
**I N F E S T O**  
**S. MATRIS TERESIAE**  
**V I R G I N I S.**  
**I N T R O I T U S. 3. Reg. c. 4.**



Edit ei Dominus Sapientiam, &  
 prudentiam multam nimis, &  
 latitudinem cordis, quasi are-  
 nam, quæ est in litore maris.

*Psal.* 97.

**Cantate Domino canticum novum:**  
 quia mirabilia fecit.

*ÿ.* Gloria Patri.

*Oraio.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: vt  
 sicut de Beata TERESIAE Viginis  
 tuæ, \* (& Matris nostræ) festiuitate gau-  
 demus; ita caelestis ejus doctrinæ pabu-  
 lo nutriamur, & piæ devotionis erudia-  
 mur affectu. Per Dominum.

*Lectio Libri Sapientia.*

**O**ptavi, & datus est mihi sensus, &  
 invocavi, & venit in me Spiritus Sa-  
 pientia; & præposui illam regnis, & se-  
 dibus, & diuitias nihil esse duxi in com-  
 paratione illius: nec comparavi illi la-  
 pidem pretiosum: quoniam omne au-  
 rum in comparatione illius arena est exi-  
 gua, & tanquam lutum aestimabitur ar-  
 gentum in conspectu illius. Super salu-  
 tem, & speciem dilexi illam, & proposui  
 pro luce habere illam: quoniam inextin-  
 guibile est lumen illius. Venerunt au-  
 tem mihi omnia bona pariter cum illa,  
 & innumerabilis honestas per manus il-  
 lius, & lætata sum in omnibus, quoniam

antecedebat me ista Sapientia, & igno-  
 rabam, quoniam horum omnium mater  
 est: Quam sine fictione didici, & sine in-  
 uvidia comunico, & honestatem illius  
 non abscondo. Infinitus enim thesaurus  
 est hominibus: quo qui usi sunt, parti-  
 cipes facti sunt amicitia Dei, propter di-  
 sciplina dona commendati.

*Graduale Eccles.* 51.

Danti mihi Sapientiam dabo glori-  
 am: zelata sum bonum, & non con-  
 fundar.

*ÿ.* Colluctata est anima mea in illa, &  
 in faciendo eam confirmata sum. Alleluia  
 Alleluia.

*ÿ.* *Psal.* 118. Declaratio sermonum tu-  
 orum, Domine, illuminat: & intelle-  
 ctum dat parvulis. Alleluia.

*In Missis Votiuis, & Mensalibus.*

*Post Septuages.* omisso Alleluia, & *Versu*  
*sequen. dicitur Tractus.*  
*Isai.* 54. Vt mulierem derelictam, &  
 marentem Spiritu vocavit me Do-  
 minus.

*ÿ.* Dixit: Abscondi faciem meam pa-  
 rumper à te, & in misericordia sempiter-  
 na misertus sum tui.

*ÿ.* Paupercula, tempestate convulsa,  
 absq; ulla consolatione; in iustitia fun-  
 daberis, & non timebis.

*Tempore Paschali omittitur Graduale:*  
*& ejus loco dicitur.* Alleluia, Alle-  
 luia. *Apoc.* 19.

Gaudeamus, & demus gloriam ei: qui  
 venerunt nuptia Agni, & uxor ejus præ-  
 paravit se. Alleluia:

*Isa.* 35. *ÿ.* Exultavit lætabunda, & læ-  
 dans: gloria Libani data est ei: de-  
 Carmeli, & Saron, Alleluia.

\* Parenthesis non dicitur, nisi à Car



✠ *Sequentia Sancti Evangelij secundum Matthæum.*

*Matth. II. d.*

**I**n illo tempore: Respondens Iesus: Idixit: Confiteor tibi Pater, Domine coeli, & terræ, quia abscondisti hæc à Sapien- tibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater; neq; Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, Tolle jugum meum, super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

Credo.

*Offertorium Hierem. 20.*

Factus est in corde meo quasi ignis exaltans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens.

*Secreta.*

**M**ajestati tuæ, quæsumus Domine, Beatæ Teresiæ precibus, nostra sit accepta devotio: cui medullatum cordis ejus ita placuit holocaustum. Per Dominum nostrum.

*Communio Psal. 88.*

Misericordias Domini in æternum cantabo. Alleluia.

*Post Communio.*

**S**ubdita tibi familia, quam cœlesti patre satiasti, quæsumus Domine Deus noster: ut Beatæ Teresiæ intercessione & exemplo, misericordias tuas valeat in æternum cantare. Per Dominum nostrum.

**DECRETUM**  
**SACR. RITVVM CONGREGAT.**  
**ORDINIS CARMELITAR. EXCALCEATOR.**

**A**d humillimas iteratas preces PP. Procuratorum Generalium utriusque Congregationis Carmelitarum Excalceatorum, referente Eminentissimo, ac Reverendissimo D. Card. Protoprocuratore SAC. RITVVM CONGREGAT. Missam de S. TERESIA Virgine juxta tenorem supra exhibitum approbavit, necnon illam in Ecclesijs præfati Ordinis Carmelitarum Excalceatorum ubicunque existentibus, etiam à Sacerdotibus, ad eas confluentibus, celebrari posse indulsit; Itemque Lectiones supra notatas pro III. Nocturno Officij proprii ejusdem S. TERESIÆ prædictis Carmelitarum Familijs alias concessi approbavit: Eaque omnia in Missalibus, ac Breviarijs respectivè ipsius Ordinis apponi mandavit: si SANCTISSIMO placuerit, Die 27. Julij 1720.

Et facta deinde per me Secretarium SS. DOMINO NOSTRO de prædictis relatione, SANCTITAS SUA benignè annuit. Die 31. Julij 1720.

F. Card. Paulinus Pro-Præfectus.

Loco & Sigilli.

N. M. Tedeschi Episc. Liparitan.  
Sac. Rit. Congregat. Secret.

~~4725~~  
4-57961

*Prot. P. D.*

*De B. Joanne Cantio.*

*Da quæsumus Omnipotens et misericors Deus,  
ut Beati Joannis Confessoris Tui exemplo mi-  
sericordiam alius exhibentes, meritis Tuis, apud  
Te misericordiam consequamur. Per Dnum  
Abum Jesum Christum.*

107



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

707



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЦНІКОВА





НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА